

NUMMI MEMORIÆ
DICATI

REFERENTES IMAGINES NICO-
LAI URSINI: ANDREÆ GRITTI ET BARTOLOMÆI
Liviani, Ducum fortissimorum: quorum operâ usi sunt
Veneti in bello, contra Ludovicum XII. Regem
Gallorum gesto: Anno Chri-
sti 1509.



UM Ludovicum XII. Gallorum Regem variis modis
offendissent Veneti: repudiassent condiciones æquissimas;
per legatum Regium Joannem Lascarium oblatas: detre-
ctassent auxilia ad repetendam Neapolim postulata, factum
est, uti bello eos perere destinarit: Julio Pontifice: ubi in-
centivâ pariter atque succentivâ, regem incitante. Erant ei

in armis quadraginta hominum millia; quæ Antonius etiam Dux Lotha-
ringius secutus est. Jacobo Chabaneo Palicio prima acies data est: cui juna-
xit Rex Helvetiorum turmas. Vicissim & Veneti, quantas possunt, copias
ex omni ditione comparant: Nicolaum Ursinum Nolæ & Petiliani regu-
lum, ac Bartholomæum Livianum rei summæ præficiunt: quibus Andream
Grittum, & Georgium Carnarium adjungunt. Hi in Lombardiz fines pro-
gressi, regis conatibus obviam ire sunt jussi. Ante quorum adventum Cla-
montius regis jussu Abduam fluvium, propè Cassianum, vado transiens,
Trevium, & vicina quædam loca invadit: præfectos aliquos capto. Hinc ubi
Mediolanum ad regem ivisset, Trevium ab exercitu Veneto recipitur. Ad
ejus rei famam Rex cum omnibus copiis, adcurrrens, antequam ab hoste
prædis